

simis hostibus obuiam prædam relinqueret.
Porro tibi persuadeas hanc prærogatiuam Cæ-
sar suo uenerem a loue impetrasse, ut illi uini
mortalium omnium liceret per cades latreci-
nia vastationem ad principatum proficisci,
cunctis bonis artibus imprimis boni & æqui
funditus euersis. Nihil autem lōge mens alie-
na est: nec unquam hæc opinio penitus insita
inueterataque extorquebitur, quæ putem ne-
fas esse hominem aliquid homini detrahere,
& alieno incommodo suum commodum au-
gere: nisi uero temere sicarijs & raptoribus
pœnâ capitis legibus irrogari statutum sit, ac
in unum quodque facinus more maiorū gra-
uiter animaduerti. Quum igitur leuiora deli-
cta iubeantur atrocissimis expiari supplicijs:
euersoribus urbium, & quorum opera publi-
ca salus oppugnata & libertas extincta sunt,
credis impunitatem propositam esse? alioquin
& impios Gygantum conatus, spesque sacris
legas olim consensu gentium execratas, iam
tua sententiâ laudi posteritas ascribet. Quocir-
ca (ut ad meam causam quasi postliminio reuer-
tar) quod nequaquam inuitus aliena posses-
sione decesserim, æquissimi atque fortissimi
animi fuit. Quippe omnia pessum eunt, di-
uinaque non dignoscuntur ab humanis, nisi